



**Commentaria In Regulas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In  
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

Reg. LXXI. Revocatio facultatum & aliarum impositionum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

## Regula lxx. Innocentij VIII.

REVOCATIO FACVLTATVM ET ALIARVM  
impositionum.

Item revocavit quascumque decimarum, subsidiorum, vigesimalium, & aliorum onerum impositions, quæ à p̄fato prædecessore suo ex quavis cauſa in ſubſidium expeditionis contra Turcas, & alios Orthodoxæ fidei hostes emanarunt, & tam ſuper decimarum, vigesimalium & onerum huiusmodi exactione, quam alias quascumque facultates quibusvis fructuum, reddituum, & preventuum Cameræ Apostolicæ debitorum collectoribus, & Apostolicæ Sedis Nuntiis etiam cum plena potestate Legati de latere ab eodem prædeceſſore concesſas: corum collectoria officia & commissa eisdem Nuntiis principaliter, ſeu alia quævis negotia non concernentes: iuſpendit quoque ad ſuæ S. & Sedis Apostolicæ beneplacitum quascumque plenarias indulgentias, quæ ab eodem prædeceſſore ex quavis cauſa, etiam expeditionis huiusmodi concesſæ fuerint, nec non deputandi & eligendi confeffores, qui plenariè absolvant, & alia faciant ad earundem indulgentiarum effectionem reliqua: suas facultates indulgentias ipſas quomodolibet conceruentes, quoad ea, in quibus indulgentiae & facultates ipſae ſunt fortitæ effectionem, ita ut in illis, qui implentes iniuncta eis in litteris indulgentiarum huiusmodi iam conſecuti ſunt facultatem eligendi confefforem, qui absolvat eos plenariè in moris articulo per huiusmodi iuſpensionem non præiudicentur, quin facultate ipſa uti poſſint in futurum. Decreuit quoque irritum & inancio quicquid facultatum revocatarum earundem prætextu in posterum contigerit attentari.

## GLOSSEMA ALPHONSI.

**I**sta regula hoc intendit, quod revocat Papa decimas, & alia subsidia imposta per predecessorem suum etiam contra Turcas, & alios infideles, &c. Item suspendit indulgentias plenarias ex quavis causa, etiam expeditionis contra Turcas a predecessore suo concessas, &c. ad beneficium suum & sedis Apostolice: tamen si forte sunt efficiunt, non revocat, puta quia unus dedit certas pecunias contra Turcas, ut haberet indulgentias, &c. hoc dicit, & dividitur in tres partes mentales, que colliguntur per se, & quia in ista decimis, vigesimus, &c. possem aliquia iuridica dicere, pro nunc tamentaco, nam licet ultra consilio LXXII. quod posuit in titulo de Iudea dicat, quod Papa potest impone decimas contra Saracenos & alio consilio seq. dicit, quod dare possit cruciatum contra schismaticos & rebelles Ecclesie, quod posuit in titulo de privilegiis, tamen hoc ego non nego, si sic fieret: sed aliquando vertuntur in alios usus, &c. de quo satis dixi alibi, & quia aliquo modo alitus sum a sede Apostolica, cum lachrymis tamen sanguinis, non debeo dicere aliquid contra eam, argumen. I. milites juncta gl. C. locati. Vnum tamen hic noto, quod Papa non revocat potestates datas Cardinalibus super predictas, si sunt Legi vel nullity Apostolicae sedis, quo ad hoc per ea quae dixi supra regulare proxima. Item per verbam hic posita ibi etiam cum plena potestate legati de latere, &c. Ex quo inferi, quod si potestas imponeendi decimas, vel alia subsidia fuit data Cardinali Legato in Hispania, ad hoc a Sixto, ut Andegavensis legato in Francia, quod illa non sit revocata, & forte nec quod ad indulgentias hic expressas est suspensa per predicta, quia si Papa hoc voluisse, exprexisser argumentum, cap. ad audiencem de decim. & quod lex non dicit, nec nos cere debemus. III. de officiis praesid. Sed quo ad indulgentias credo contrarium per verbis huius regulae ibi, quae ab eodem predecessore etiam ex causa expeditionis, &c. & hec sufficient quo ad primam partem, & de secunda & tertia partibus nunc non me immitto: quia indirecte videtur ista secunda pars facta ad utilitatem Officialium Curie, & tertia habet in se aliqua dubia, de quib. satis dixi in tractatu Iubilei, quem dixi Sixto.

Hic ponitur finis Regularum Innocentii VIII. sequuntur modò aliquot Regulae Pauli V. quae subjiciuntur Regulis  
Innocentij VIII.

**Reg. &c. Revocatio facultatum percipiendi pretium officiorum.**

**I**tem revocavit, cassavit, & annullavit, ac irritas declaravit quascunq; facultates percipi-